

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Wasmund

**Programma Quo Omnes Reipublicae literariae Cives Ad Solemnem  
Promulgationem Legum Academicarum craftina luce hora nona iterandam  
invitantur, & ad earundem observantiam sedulo monentur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1628

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734598483>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1628

1) Peter Warmundt

2)

3) Thomas Lindemann



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734598483/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734598483/phys_0002)



Programma  
Quo  
Omnes Reipublicæ literariæ Cives

Ad

SOLEMNEM PROMULGATIONEM

# LEGUM

Academicarum craftina luce

hora nona iterandam invitantur,

& ad earundem observantiam sedulo  
monentur.

P. P.

RECTORE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

PETRO WASMUNDT  
J. U. D. & Professore.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani Acad. Typ.  
Anno M. DC. XXVIII.

1628





RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
**PETRUS WASMUNDT,**  
J. U. D. & Professor.

**E**lebratissimas quoniam fuisse Atheniensium & Lacædemoniorum Republicas, tum ex historiarum fide, tum præcipue exinde patet, quod Romani gentium domitores, missis in Græciam legatis, leges & instituta, quibus Rempublicam suam instituerent & feliciter gubernarent, ab illis petierint, si cuti leges exinde allatae & duodecim tabulis conclusæ etiamnum extantes testantur. Quia vero Athenienses legibus à Solone scriptis, Lacedæmonij vero jure non scripto & institutis usi sunt, in tantum ut publicè cautum sit, ne scriptis legibus uterentur, uti Plutarchus in Solone & Lycurgo refert, & Justin. Imperat. Inst. de Jur. nat. gent. & civil. confirmat, hinc dubia & anceps à quibusdam mota fuit quæstio, utrum leges scriptæ in Republica sint necessariæ nec ne? Sane contra leges scriptas earundemque necessitatem haut levia pugna-

A 2

re vi-

re videntur argumenta ; vel quod leges tyranni sunt  
hominum, quæ multa præter naturam habent ; vel quod  
callide à legumlatoribns inventæ propter privatum  
commodum ; vel quod universa mortalium vita, non  
legibus solum , sed etiam natura regitur : vel denique  
quod leges arancarū telis sunt similes; quod ut illæ muſ-  
cas & infirmiora animalia alia retinent, vespas vero,  
apes, & valentiora cætera transmittunt ; ita legibus  
pauperes & humiles adstringuntur, potentes & divites  
non alligantur, sed elabuntur. Quibus accedit quod à  
principio nulla apud Romanos ex scripto populi judi-  
cio lex lata , sed quod reges statuerunt , id arbitrio prin-  
cipum pro lege servatum fuit : Quodque Germani lau-  
dantur apud quos plus boni mores quam leges value-  
runt : Persæ itidem, qui bona educatione hoc antever-  
erunt, ne quis initio malus esset. Speciosa quidem  
hæc sunt, sed ad veritatis normam examinata sponte  
sua concidunt, quis enim ignorat nomen legum pul-  
chrum, à suum cuique tribuendo apud Græcos, apud  
Romanos à diligendo, dictum ; lex enim nihil est a-  
liud, quam mutus magistratus ; vinculum Reipubli-  
cæ ad frænandas hominum cupiditates ; anima & spi-  
ritus civitatis, unde Reipubl. vis consurgit ; & qua sub-  
lata ut corpus sine mente Respubl. procumbit ; fun-  
damentum firmum quo Respubl. fulcitur ac continetur;  
sponsor in officio mutuo permanendi ; vitæ humanæ  
solatum, infirmorum auxilium, potentum frænum,  
quasi murus magistratibus adversus vulgi importuni-  
tatem, vitæ nostræ custos & medicus, dum mala ne o-  
riantur impedit, corrigit & evellit quæ ierrperunt,

oculus.

oculus Reipubl. Regina omnium divinarum & huma-  
narum rerum, regula justorum & injustorum, Reipubl.  
commune decretum, mens sapientis ad jubendum aug-  
vetandum, recta & à numine Dei tracta ratio, impe-  
rante honesta, prohibens contraria, monstrans quo pa-  
cto unicuique agendum sit, inventum & munus Dei,  
decreatum vero hominum prudentum, correctio eorum  
quæ sponte vel ignorantia delinquuntur, civitatis  
communis sponsio, ad cuius præscriptum omnes qui in-  
ea sunt Republ. vitam instituere debent, ars denique  
humanæ vitæ rectè instituendæ ac conformandæ. Et  
sanè vel inde legis præstantia ac dignitas apparet, quod  
ordinatio est & donum Dei è divino mentis sacrario in-  
sapientum animos profecta. Quod etiam veteres le-  
gum latores sunt fassi, magnum enim putaverunt esse  
vinculum ad continendos civium animos credere le-  
ges divina providentia constitutos, quamobrem ad-  
juncta semper fuit antiquis legibus alicujus religionis  
opinio. Namque leges mortalibus omnium primam.  
Ceterem Siculorum Deam dedisse ob idque legiferam  
appellatam Ethnici fabulati sunt. Et quamvis etiam  
alios aliis leges tulisse tradant, utpote Persis Bactria-  
nisque Zoroastrem, Thebis Mercurium, Ægyptiis  
Trismegistum, Celtis Herculem, Cretensibus Mi-  
noém, Carthaginensibus Charondam, Heniochis  
apud Colchos Amphyrum, Lacedæmoniis Lycurgum,  
Atheniensibus Draconem primum deinde Solonem,  
Romanis Romulum ac demum Numam Pompilium,  
Argivis Phoroneum, Italis Pythagoram, Schytis Za-  
molxim, Locris Zaleucum, Magnesiis ac Siculis Pla-

tonem, idipsum Arcadibus Thebanis & Ciraneicis enī  
xè postulantibus denegantem; attamen homines insti-  
tuta sua alicui Deo aut Dæ accepta retulerunt, veluti  
Minos Jovi, Lycurgus Soli seu Apollini Delphico, So-  
lon Minervæ. Zamolkis quoque in Vestæ Dæ numen  
leges suas retulit: pariterque Numa Pompilius, quo  
gravius leges religionisque Ceremonias Romanis sta-  
biliret, Ægeriaë nymphæ congressum simulavit. Nos  
vero hanc recte beatèque vivendi normam vero Deo  
qui trinus & unus est acceptam referimus, ab eo Mo-  
sum antiquissimum omnium hominum legislatorem  
Hebræis promulgatam.

Finis quoque legum egregius est, virtus scilicet, ne  
quis improbè & iniquè vivat; & ut, punitis illis qui jus  
violarunt, meliores alij evadant. Quemadmodum  
enim magistri in scholis pueris iis qui scribendi non-  
dum facultate valent, lineas calamo subjiciunt, &  
exemplar exhibent, ut ex linearum illarum ductu suas  
pueri literas conforment; ita Respubl. subjecta legum  
formula unum quemque vivere civium cogit. Inco-  
lumes præterea legibus cives servantur; factæ sunt le-  
ges, ut maneat hominum vita beata & quieta; hæ dum  
conservantur, pax & concordia viget; Dei cultu vitæ  
puritate optimus ac pulcherrimus vitæ exitus compa-  
ratur; bona & facultates cuiusq; defenduntur; ut enim  
fundus ad nos perveniat testamento alicujus fieri po-  
test, ut retineamus quod nostrum est factum sine legi-  
bus non potest. Leges denique omnes felicitatis publi-  
cæ causæ sunt, nec sine legibus si vivunt homines a fe-

ris

ris bestiis quicquam differunt, aut domus ulla, ulla ci-  
vitas, ulla gens, aut etiam hominum universum genui-  
stare aut ipse mundus consistere potest. Cum igitur  
tanta sit legum autoritas excellentia atque majestas gra-  
tulamur Academiæ nostræ de præstantissimo hoc legum  
dono, quo eam Deus Opt. Max. veluti muro cinctam  
esse voluit, & ultra ducentos annos sibi servavit, & cle-  
menter quod speramus & precamur imposterum serva-  
bit. Ne vero quisquam ignorantiae legum prætextu  
peccandi illecebram foveret, more majorum & statu-  
tis Academiæ receptum est, ut singulis semestribus Le-  
ges Academicæ publicè recitentur, à rubigine quasi  
vindicentur, & ad earundem observantiam cives Aca-  
demici serio moncantur. Judæi voluntate & jussu Dei  
legis divinæ mandata scripta ferebant in manibus &  
fronte: habebant in limine domus, ut harum nun-  
quam oblitiscerentur. Duodecim tabularum leges  
pueris ad ediscendum proponebantur. Cantilenæ le-  
ges olim appellabantur, quod priusquam literas homi-  
nes scirent, leges noscent & cantarent, ne oblivioni illæ  
traderentur. Et Tuisco Germanorum rex primus leges  
carminibus est complexus, quæ publicè & privatione  
cantarentur, ne oblio illas obliteraret aut excusaret  
ignorantia. Quod si olim hoc factum est, quanto ma-  
gis hoc conclamato & perversissimo seculo legum re-  
petitio & diligens inculcatio necessaria erit, utpotius  
quo mobilissima juventus diversis perturbationum  
fluctibus agitata, ductore fideli eget qui ad portum  
rectam deducat, ne in vastissimo pelago aberrando  
naufragium patiatur. Adeste ergo cras hora nona-

cives

cives Academici, omnium ordinum præstantissimi co-  
gnoscite civitatis hujus, cujus alumni estis, præsidia  
& muros, quorum ambitu libertas nostra viget ac flo-  
ret, afferte promtas ad audiendum aures, promtos  
que ad obsequendum animos. Quod uti de ingenuis  
& bonis speramus; ita malis & disciplinæ contemtori-  
bus severam & strictam legum executionem seriò de-  
munciamus, P. P. 7. Octob. Anno 1628.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734598483/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734598483/phys_0011)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734598483/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734598483/phys_0012)



ris bestiis quicquam differunt, aut domi-  
vitæ, ulla gens, aut etiam hominum un-  
stante aut ipse mundus consistere potest.  
tanta sit legum autoritas excellentia atque  
culamur Academiæ nostræ de præstantissi-  
mido, quo eam Deus Opt. Max. veluti  
esse voluit, & ultra ducentos annos sibi  
menter quod speramus & precamur imp-  
bit. Ne vero quisquam ignorantiae le-  
peccandi illecebram foveret, more ma-  
tis Academiæ receptum est, ut singulis i-  
ges Academicæ publicè recitentur, à  
vindicentur, & ad earundem observant-  
demici seriò moneantur. Judæi volun-  
legis divinæ mandata scripta ferebant  
fronde: habebant in limine domus,  
quam obliviscerentur. Duodecim ta-  
pueris ad ediscendum proponebantur.  
ges olim appellabantur, quod priusqua-  
nes scirent, leges nossent & cantarent, n-  
traderentur. Et Tuisco Germanorum re-  
carminibus est complexus, quæ publicè  
cantarentur, ne oblivio illas obliterare  
ignorantia. Quod si olim hoc factum e-  
gis hoc conclamato & perversissimo se-  
petitio & diligens inculcatio necessaria  
quo mobilissima juventus diversis po-  
fluctibus agitata, ductore fideli eget q-  
rectâ eam deducat, ne in vastissimo pel-  
naufragium patiatur. Adeste ergo c-



Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 10263